Innsbruck 962

1.8

(quibus)

8v Item quibus puer intendens se dare studio pro sui racione requirit septem annos vel ad minus quinque communi tamen modo septem.

Et post requiruntur novem anni ad minus ut modicum studeat et proficiat in artibus liberalibus aliquibus et sic septem et novem sunt sedecim.

¶ Item primo anno studeat ut sciat tabulam et benedicite et parvum

Item 2o anno studeat ut sciat donatum et regulam legere et medium versum latinum

Item 3o anno studeat ut sciat donatum cordetenus et casus et temporalia et regulam et primam partem doctrinalis bene legere

(Zusätz.)

Item postea duos annos studeat in prima parte / duos annos in 2a parte duos annos in Petro hispano, et sunt sex anni et prius tres et sunt in toto novem anni. In quibus potest instrui in subsequentibus et precedentibus et hoc fiat secundum ter quatuor mutaciones et secundum tria loca et hoc modo

In estate prima mutacio pro incipientibus primam partem

¶ Item mane hora quinta fiat lectio in prima parte et peticio

Item hora undecima fiat examen declinacionis. sic patet in principio libri huius

Item hora secunda fiat examen in parte donati et postea datur latinum et peticio

Item post vesperas (vs) fiat peticio latini ydeomatis ad unam horam

In hyeme secunda mutacio

Item fiat sicut in prima mutacione preter peticiones post vesperas propter tenebrositatem

In estate tercia mutacio.

Item fiat sicut in prima mutacione omnibus modis.

In hyeme quarta mutacio.

.

(9r) – .

Et post aliquid in moralibus vel theologia

83v in quarto loco oporteret fieri qui vacaretur universitati.